Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sancti spiritus domine tota nostra mundet infusio et sui roris intima aspersione fecundet



illorum venerat. sed
baptizati tantum erant
in nomine domini ihesu.
Tunc imposuerunt
manus super illos: et
accipiebant spiritum sanctum.
Alleluia v. Paraclitus
spiritus sanctus quem mit
tet pater in nomine meo
ille uos docebit omnem
veritatem. secundum Johannem.
In illo tempore: Dixit i. d. s.
Amen amen dico vo
bis: qui non intrat per
ostium in ouile ouium.
sed ascendit aliunde: il
le fur est et latro. Qui
autem intrat per ostium.
pastor est ouium. Huic

hostiarius aperit et
oues vocem eius au
diunt. Et proprias oues
vocat nominatim. et
educit eas. Et cum proprias
oues emiserit ante eas
vadit: et oues illum se
cuntur: quia sciunt
vocem eius. Alienum
autem non sequuntur. sed
fugiunt ab eo: quia non
nouerunt vocem alie
norum. Hoc proverbium
dixit eis ihesus. Illi autem
non cognouerunt. quid
loqueretur eis. Dixit
ergo eis iterum ihesus.
Amen amen dico vobis:
quia ego sum hostium